



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 26. 27. 28. 29. 30

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Necerat, quod populum timeret, praesidio militum munitus erat: Alijs in causis non erat arduum illi tumultum compescere, etiam cum iuste quereretur, at nunc iniquas postulationes reprimere oportuit. Quanta fuerit in praeside potentia, quamque parum contra eum populus potuerit efficere, Pilatus ipse his docuit, ut est apud Iosephum lib. 18. c. 4. antiquit. [Pilatus autem Iudae praeses a Caesarea Hierosolyma traducto in hyberna milite, signa cum effigie Caesaris in vrbem intulit ad legis nostrae contumeliam, qua cautum est, ne habeamus eiusmodi effigies, & id eo qui ante hunc fuere praesides, cum signis aliter insignitis solebant vrbem ingredi. Primus Pilatus ignatis omnibus noctu illatas effigies Hierosolymis statuit, quod ubi cognitum est ciuibz, magno agmine petierunt Caesarem, ubi per multos dies supplices orauerunt Praesidem, ut transferret illas imagines aliud. Pilato vero pernegante se facturum, quod conunctum esset cum iniuria Caesaris, cum Iudaei precari non desinerent, sexto post die iussu clam in armis esse militibus, sed pro tribunali in stadio, caprata loci opportunitate, quod aptissimus esset insidijs, ibi compellatus iterum de eodem negotio, signum datum militibus, ut eos circumsternerent, mortem minitans, nisi quamprimum quiescerent, & suam quisque domum discederent. At illi procidentes humi, & extorantes praebentes iugulos, manifeste praese ferebant, videra sibi chariorem esse obseruationem legis patriae. Tum Pilatus admiratus tam constans legum studiū, continuo reportauit eas imagines Caesarem a Hierosolymis. deinde aqueductum struere aggressus est ex sacro aetario, inducturus aquas Hierosolyma a ducentesimo studio. id agerimē tulit populus, & congregati per ceteros numerosos usque ad multa hominum militia, vociferationibus conabantur eum detertere a proposito. nonnulli vero ita ut sit apud inconditam multitudinem, etiam conuijs lacessabant praeside. At ille milites sub populari habitu clam armatos fustibus, iussit reliquam multitudinem corona cingere, & quamprimum vulgus cepit iacere conuicia, dedit illis signum ex composito. illi supra quam mandatum erat vbi sunt fustibus, tu multatores & quietos cadentes nullo discrimine. Ibi tam inclementer accepti inermes ab instructis, pars occisi sunt, pars discesserunt saucij, atque hoc modo compressa est seditio.]

Quod animus illi fortis & iustitiae tenax fuisset, non Civium ardor praua iuventium concussisset.

§. 2. Cerimonia lauandarum ad expiationem manuum, videtur esse naturalis, ut innocentiam suam manus ad illi qui lauant, contestentur: ita Aeneas diuos attingere nefas putat, nisi se prius flumine viuo abluerit: & Diua Turnum socijs abluta caede remisit. Triclinius etiam narrat, lauare solitos manus, his adagiorum purabantur, ad emundationem piaculi.

Iudaei Pilato deteriores sanguinem eius super se, & filios venire precantur. Hoc est, si hac in caede aliquid mali est, id totum in caput nostrum incumbere, te familiamque tuam innoxiam esse volumus. Nos causa mortis dicemur, tu iam lotis manibus totum etiam factum diluisti. Quomodo sanguis super eos venerit, calamitates innumerare, & ante & in ipso excidio docuere. Vide Augustinum serm. 204. de tempore. Nicephor. lib. 3 c. 24. Ioseph. lib. 6 c. 12. & sequentibus. Tantum igitur aberat, ut ipsi sanguinem horrent, ut gratum se Deo sacrificium offerre persuasum haberent. Sanguinem innocentem non singulari modo, sed integris ditionibus funestum esse sciebant. Deut. 21. res exponitur. Quando inuentum fuerit in terra quam dominus Deus tuus daturus est tibi hominis cadaver occisi, & ignorabitur cadis reus, egredientur maiores

natu, & iudices tui, & metientur a loco cadaueris singulorum per circuitum spatia ciuitatum: & quam vicinorem ceteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulum de armento, quae non traxit iugum, nec terram sedit vomere, & ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quae nunquam arata est, nec sementem recepit, & cadent in ea ceruices vitulae, accedentesque sacerdotes filijs Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, ut ministrant ei, & benedicant in nomine eius. Et ad verbum eorum omne negotium pendet: & quicquid mundum vel immundum est, iudicetur. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus suas super vitulum, quae in valle percussa est, & dicent. Manus nostra non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt, propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti domine, & tu reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis: tu autem alimenteris innocentis errore qui fusus est, cum fueris, quod praecipit Dominus.

At tam graui interminatione nihil moti Iudaei, poenae effusi sanguinis in ceruices suas, filiorumque aduocant. Solebant etiam Iudices se innocentes a sanguine fuso protestari. Clemens lib. 2. Constit. Apost. c. 6. Aspicite mundana iudicia, quorum potestati videmus a populo tradit homicidas, adulteros, veneficos, sepulchrorum perfugas, latrones: De quibus cum quaesuerunt praefecti iudicio ab eo qui illi in iudicium adduxerunt, demum interrogant res, an illa ita se habeant? Quibus affirmantibus, non continuo eis ad supplicium mittunt, sed per plures dies quaesiones exercent, cum multo consilio, & velo interiecto. Tandem vero is qui sententiam mortis in reum pronunciat, sublati manibus aduersus solem, se innocentem ab illius sanguine contestatur. Quod illi faciunt, quamquam Ethnici, & diuini numinis ignari, vltionisque a Deo propostae propter innocentum damnationem.

Et Basilius Epistol. 79. Qui enim rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinororum aliquem morti sunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & experientissimos quoque ad causae tractationem aduocant, multumque temporis insumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturae communionem supplicantes: multumque ingemiscunt, ac iudicandi ne sitatem deplorantes, nemini non manifestum faciunt, quod non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio condemnationis inferunt sententiam. Haecenus Basilius.

Haec ergo iustitiae imitamenta Pilatus sequebatur, ipsam iustitiam pessumdabat. Oblitus legum suarum, quibus ante annos duodecim decretum erat Senatufconsulto Tiberiano, ut supplicia damnatorum in diem decimum differrentur. Sueton. in Tib. c. 75. Dio. l. 73. Tac. l. 3.

VERSUS 26. 27. 28. 29. 30.

Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorium, congregauerunt ad eum vniuersum cohortem: & exuentes eum, &c.

QUESTIO I.

Quae vexationes & ludibria crucem antecesserunt?

§. 1. Flagellatus est, &c. Iulianus inquit Graecus, & Romanum nomen retinuit etiam Syrus. נָגַד נָגַד Naged beflagella: percussit in flagellis. Ions, & funibus atrocissime verberabant eos. Idque vel

castigationis causa, vel ante crucis supplicium, vel etiam antequam secum percuterentur.

Ch. illum innocentem flagellari iubet Pilatus, ut hoc supplicio populo fucuti satisfiat, & à postulatione maioris supplicij desistat. Crudelem fuisse ob ministrorum seuitiam, flagellationem docet Vlpian. lib. 8. de penis, frequenter enim supplicij in memoriam. De flagellatione multa Liphus l. de cruce. & plura noster Gretserus, ad quos lectorem remitto. Hoc solum moneo saepius prædictam esse à Domino flagellationem. Matt. 20. 19. Ioan. 49. 5. Imo Plal. 34. 11. lla. 50. 6. alijsq; locis.

Prudenter itaq; & piè monet Clemens Strom. 2. oportere nos esse in tolerantia Christo conformes. & ἵνα κενώμεθα, ὡς αὐτὸς κενώσας ἐστίν. Qui Christo propinquas, plenus est flagris.

§. 2. Milites præsidis totam cohortem prætoriam congregant in ipsum prætorium, ubi Dominus fuerat flagellatus, ut crudeliter danato illudat. nul. à iustit. à, sed met. à seuitia. Syrus milites vocat כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס (Ephraime) & monet glossa est. כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס ex lingua Ioni. à. Sic prætorium vocat כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס. & cohortem seu σπῆρα σπῆρα. ἄλλω hac enim nomina vitata fuerunt apud ipsos Syros. Antoniam arcem occupabat cohors, sed vix credibile est, eam præsidio delitutam fuisse, de prætorii igitur cohorte interpretor, quæ ad manum erat præsidii. Barbata igitur crudelitate tractant innocentem, quæ ne quidem nocentissimum, iam extrema luiturum vexare iura permittunt. Chrysostomus eam crudelitatem valde detestatur. ὁ περ ἐκ τῆς συνθήμης ὁ ἀλάβολος τὸ ἐξ ἑξῆς ἐστίν. ἔστω γὰρ, ἡ δαίαι φθίνα καὶ βασανιστὴς καὶ ἀντιπαρῶν εἰς αὐτὸν, οἱ ἐξαπατῶντες πῶθεν καὶ ἐκ πολλῶν αἰτίας: ἐκ ἐνδοχῶν ὅτι ὁ ἀλάβολος ὁ γὰρ ἐκ βακχίδος εἰς παύσας; καὶ γὰρ τὸ πῦρ εἰς τοὺς εἰς αὐτὸν ὕψους, αὐτοὶ ἀνιμῶντες τὸν ἐν τῇ. Quasi omnes ex consilio conuenissent, ita signo dato ad choream omnes diabolus concitabat. Nam etsi possimus inuidie tabescere ad infamiam Iudeos concitatos fuisse, tamen qua de causa moti milites fuerint, non patet. Diabolus igitur erat, qui vniuersos tunc illos occupauit: voluptatem etenim ex contumeliis propter immanitatem suam capiebant.

Ex primo quidē veste exuunt: post flagellationē induerunt deinde Chlamyde coccineā induunt כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס vocat Sy. Coccineā a. כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס de zabutna. Chlamidē imperatoriā, militare purpureā inteligo, seu regiā quo de ornatu à me tractatū est l. 7. Poli.

§. 3. Chlamide regiā ornatu ad affectu regni exprobrationē etiam coronant, sed spinis. Rhamni aut cespum, qui lancinet, & vncinata cuspidē in hæreare valeri. Crudele planē ludibriū, caput consertū spinis. De coronis regum, earumq; origine, & formā l. 7. c. 10. Politicis tractauī. Nunc id vnum cōsiderandū est, quod Tertullian. monet de coronā militis. Capitis ornamentū & diadema esset Christi. Et Clem. l. 2. c. 8.

ἡ τοῦ θανόντος ἡμῶν, εἰς ἐν τῷ θανάτῳ, προσέκειν σωφρονιστὴν, ὅτι πᾶσι ποιοῦμεν τὴν γενομένην. ἔφρανον μὲν ῥωμαῖοι, τὸν ἀνδρῶν ὑποληπτόν ἀνδρῶς, τὸν ῥωμαῖον ἀνδρῶν ἡ γὰρ μετὰ τὴν αἰμαίναν, ἀδὲ τῶν σαρκικῶν λευκῶν ὁ δὲ ὁ δὲ πᾶσι οἱ πατέρες, φροσιν ἡμῶν ὁ πᾶσι ἰσὺν ἰσὺν καὶ τῆς συμπάσης ἐκκλησίας ἐφρανον ὁ χριστός.

Et deinde. Βασιλεὺς ὁ ἰσὺς ἀθανάτος καὶ ἡ ζωὴ πᾶσι συνδίδωμι καὶ ποιικίλω χάριτες καὶ φανῶ, οἱ χριστοὶ, τὸν χριστὸν ἐπὶ τῆς καὶ φάλῃς συμφορῆς ἐπὶ φερομένοις, λέγοντες καὶ φάλῃς καὶ συμφορῆς καὶ χριστός.

Postcepto arundinem, hoc est ypham sylestie tectem, & eundem in manum dant. Deniq; genua

flexunt: על בור ברבור, genua flexunt super genua sua, ut tanquam regem per ludibrium adorent. Expuunt in eum, & arundine caput veberant.

VERSUS 31. 32. 33.

Et postquā illuserunt ei, exuerunt eū chlamidem, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, ut tolleretur crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgatha, quod est Caluarie locus.

QVÆSTIO I.

Quomodo & quo ad supplicium ductus est?

§. 1. **M**ore Romano ferebat crucem ipse suam, nō cadebatur tamen per viam: nam ante flagellatus erat. Cum vero plagis & vexationibus ita exhaustus esset: ut oneri succuberet, angariauerunt Simonem Cyrenæum ut portaret crucem post eum. Cyrenæ nobilis erat in Pærapoli seu Libya marmarica ciuitas, Plin. l. 5. c. 5. in qua magna multitudo Iudeorū habitabat. Angariauerunt vero, quod sponte nequaquam munus infame subire veller. de angariandi verbo supra dixi. Nec causa est, cur Erasmus miretur interpretem vsum verbo Persico, cum eodem sit vsum spiritus S. nam & in Græc. est ἡ ἀγγαρία, angariauerunt. Syrus tamen sua dictione vitur שְׂחָחַר Schacharu, angariarunt, traxerunt. Cyrenæum porro vocat Curinaa. alij inuise Christum, ut simul ferrent, alij vero Simonem solum tulisse arbitrantur.

§. 2. Locus in quo crucifixus est, extra portam ciuitatis erat, dictus גּוֹלְגֹתָא, golgatha, à cranijs τὰς βιοδανῶν, eorum qui supplicio afficiantur: nam & eo modo Christus cum iniquis deputatus est. גּוֹלְגֹתָא cranium dicitur, à reuolutione, seu rotunditate. Syrus habet: כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס gogletha, & interpretatur etiam ipse כּוֹסְטוֹס כּוֹסְטוֹס Kark ph. ha. hoc est, caput. In loco igitur suppliciorū communi & infami velut maleficus supplicio afficitur, quia in hanc terram sceleribus hominum contaminatam venerat, ut eam suo aduentu sanctificaret, & peccata nostra sanguine suo emundare. כּוֹסְטוֹס, inquit Theophylact. τὸ πῶς ἐλάτο. διὰ τὸ φαίνεσθαι ἐν τῷ θανάτῳ πατέρας καὶ ἀδελφίνους, ὅτι ὁ ἄδελφός ἐστι τὸ πᾶσι ὡς πᾶσι ἐν τῷ Ἀδμ. ἀπεθανόντος, ἔσως ἐν τῷ χριστῷ ζωοποιῶν, αὐτοὺς ἰδοι. Craniū locus dicitur: propterea dicunt, qui ex traditione acceperunt patres quod quemadmodum omnes in Adam mortui sumus, sic in Christo nos viuificari oportet.

Hieronymus Golgatha ad Septentrionalem plagam montis Sion constituit, de locis Hebraicis.

August. serm. 71. de tempore. citat Hieronymum.

Hieronymus pres. y. c. scribit, an. iquis. & Ser. ier. u. Iu-

das se cer. isime cogn. uiss, quid ibi immolatus sit Isaac, ubi

postea Christus crucifixus est. Inde & Beda de locis san-

ctis c. 2. habet. In Hieronymo nusquam id legitur,

aliter ergo liber Augustino oblati est, qui non extat,

nisi forte in Epistola aliqua Hieronymi, quæ interierit,

tum verò hominum manibus versetur intentū est.

Mihitamē res suspēcta est. Si enim indubitata fuisset

illa apud Iudeos, qui Hieron. tempore fuerunt, & ve-

ratraditio, multo illa notior Christi tempore, & ante il-

lad fuisset: quā cōcedamus, nō videtur cōmissum fuisse

Iudei patrum suorum amāuissimū, ut locus tā celeberr-

& san-